

*Armario* feu *Scriniio*, *Librorum Custos*, feu *Tabularii Praefectus*, five *Secretarius Monasterii*, item *Cantor*, qui *Libros Chori* promat). *Wirnt diaconus*. *Herbordus sacrista*. *Seculares uero*. *Meinbardus de nideke*. *Rudegerus*. *berbardus*. *Ernist*. *Hiltiprandus*. *omnes de wifelberch*. *Wikerus de Laibach*. *Hartmannus de Rifensfaeyn*. et alii quam plures nobiles et mediocres. Codex igitur Coenobii *Sitticensis* Ord. *Cist.* in *Carniolia* fuit, cujus *Abbas II. Aliprandus*, dictus etiam, ut alio Codice *Augustinum de Civit. Dei* continente notavi, *Folkmandus*, praefuit inter annos 1150—80.

CCCVII.

- R.7 Codex membranaceus lat. Sec. XV. tripartitus Foll. 405. quorum 139. Partem I. 105. Partem II. 161. Partem III. conficiunt, f. max. elegantissime perscriptus, titulis litera unciali diversicolore auroque speciosus, varia D. *Hieronymi* complectitur Opera, donoque oblatum est *Carolo VI. Imp.* a *Viro eruditissimo Apostolo Zeno* a. 1723. dum *Poetam*, *Historicumque Aulae Caes.* ageret. Fol. 1. legas: *Vt Ordo In Epistolis Beati Hieronymi Habeatur. Tripartitiendi Sunt. Primus Contineat Epistolas Ad Viros Destinatas. Secundus Epistolas Ad Feminas. Tercius Epistolas Et Tractatus Invektivarum. Et Hoc Ordine Sunt Famosissimi Libri Sancti Iustini Padue. Tà Sancti Iustini merito a manu secunda adpicto e cor-*

recta sunt; sermo enim est de celebri S. *Iustinae* Coenobio, cujus Codices *J. Phil. Thomasinus* in *Biblioth. Patav. et Bern.* *Montefalconius* in *Bibl. Biblioth. Mss.* enumeravere. Noster igitur *Pata-vii* descriptus videtur procurante nobili quodam viro, cujus Insignia in splendide picturatis Fol. 2. marginibus comparent: Leo videlicet ruber in superiore campo aureo gradiens, inferiore campo caeruleo Liliū aureum inter duas ejusdem metalli Stellas praeferente. Inde vero ad nobilissimam *Mathiae Corvini Hung. Regis* Bibliothecam devenisse ex Insignibus Thecae impressis conjicio, rursusque *Venetias* relatum ab infelici illo *Ludovico Gritto* non indocto homine, quem *Solymanus* captae anno 1529. *Budae* Praesidem imposuerat. Video enim *Bibliothecae criticae Rich. Simonis* T. III. p. 416. in manibus hujus viri fuisse Catalogum ms. *Manuscriptorum Hebraicorum et Syro — Chaldaicorum ex Mantua, Budaeque Venetias asportatorum*, suspicorque, *Grittum* neque Graeca et Latina, minime vero Codicem in *Veneta* ditione exaratum neglexisse, unde redux per varios, ut fit, casus in *Zenorum* familiam immigrare potuit. Atque haec conjectare liceat. Et jam ad Codicis, cujus Exemplaria *Pata-vina* neque *Martianaeus*, nec *Val-larsius*, quod sciam, memorat, interiora veniamus. Titulo supra exscripto subjunctus est Index *Epistolarum* videlicet ad Viros datarum, numero LXXIX. adpositis

purpura earum initiis. At vero in harum numero sunt *fol. 3.* Ver-  
fio *Origenis* in Cantica, *fol. 70.*  
Liber de Viris illustr. *fol. 64.* *Augu-*  
*stini* Epistola ad *Optatum*, quae  
habetur *T. II.* Opp. *Augustini* e-  
dit. *Maur. n. CXC. col. 700.* O-  
puscula praeterea vel Literae *Hie-*  
*ronymo*, aliisque subpositae *XIV.*  
quas enumerare piget, cum alio-  
quin edit. *Vallarsianae T. XI.* ha-

Edit.

*sed quod lectionis.*  
*et heri.*

*libenter accipio.*  
*quod rogare volueram, etiamsi.*  
*ut ego interrogem, tu respondeas.*

*quae subiecta sunt, differe.*  
*vox de coelo respondit.*  
*de Aegypto reversuri.*  
*in circumcissione suscepit.*

Variantia, quae ipse *Vallarsius*  
in *notis* adfert, non addo. Ad cal-  
cem *I.* hujus *Partis* purpura sub-  
iunctum: *Finiui hanc primam par-*  
*tem huius libri. legendo et emen-*  
*dando. die XI. July 1470.* Itaque  
non multo ante *Codex* exaratus  
fuit. Labor porro Censoris hujus  
in eo versatus est, ut Vocabula  
graeca Textui purpureo liquore  
rite infereret, *σφαλματα* Ama-  
nuensis corrigeret, in margine

beantur, quemadmodum *T. I.* hu-  
jus edit. genuinas nostri *Codices*  
complectitur. Earum prima est, ti-  
tulo unciali aurato insignis: *Dama-*  
*masi Pape Ad Hyeronimum Super*  
*Quinque Questionibus Libri Ge-*  
*nesis. Dormientem te et longo jam*  
*tempore &c.* Contuli hanc Episto-  
lam cum Editione *cit.* speciminis  
ergo, et en, quae discrepant:

Cod.

Rectius quo.

*Etherio.* Negat *Vallarsius*, se hoc  
in ullo *Mf.* reperisse, et lectio-  
nem confictam vocat. Non ita-  
que *Codices S. Justinae* consu-  
luit.

*libenter accipiam.*  
*quod volueram, si.*  
*ut et ego interrogem, et tu re-*  
*spondeas.*

*quae subiecta sunt, ediffere.*  
*Melius responderit.*  
*de Aegypto exituri.*  
*in circumcissione suscipit.*

quaedam omissa subpleret, et quo-  
rundam notatu dignorum Lecto-  
rem admoneret.

Pars *II.* praescribitur: *Rubri-*  
*ce Secundi Libri Continentis Epi-*  
*stolas Ad Virgines Et Mulieres*  
*Destinatas.* Sunt numero *XLIII.*  
neque inter eas *νοθου τι* praeter  
Epistolam *Pelagii* ad *Demetria-*  
*dem*, et Sermonem *de Assumptione*  
*B. V.* quae et ipsa *Vallarsius* in  
*T. XI.* retulit. Epistola *I.* titulum  
prae-

617

P A T R I S T I C I.

618

praefert: *Hieronimi. Ad. Virgines. Hemonenses.* et incipit: *Car- te exiguitas indicium &c. Dabo*

Edit.

*Vobiscum volebam.*

*Cogebat tacere.*

*valuerit prohibere.*

*cum ancillis dei peccatori*

*lavit — edunt.*

Praeterea fol. 60. in *Paulae* Epitaphio versus *ult.* fortasse melius sic legitur:

*Munera portantes Homini, Regique, Deoque,*

ut quidem adludat *Hieronymus* ad illud *Juvenci* Presbyteri, quod ip-

hujus quoque ab *Editis* differen- tia:

Cod.

Fortasse rectius *nolebam*; queritur enim deinceps *Hieronymus* de *Virginibus*, ad quas scribit.

*Cogebat tacere.*

*valuit prohibere.*

*cum ancillis dei et peccatore.*

*lavat — edunt.*

femet excitat L. I. in *Matth.* c. 3. edit. *Vallars.* T. VII. col. 14.

*Tus, Aurum, Myrrham Regique, Hominique, Deoque &c.*

quam, ut est apud *Vallars.* T. I. *Epist.* 108. col. 719.

*Munera portantes Hominique, Deoque dedere.*

Huic quoque *Parti* subjecit *Censor*: *Finiui hanc secundam Partem legendo et emendando die XXVI. July 1470.* Verum pluribus locis vacuis *Graeca* inscribere neglexit.

*Pars III.* hoc titulo gaudet: *Sequuntur Rubrice Tercie Partis Scilicet Invektiviarum*, et *Opuscula* complectitur numero *XLIII.* partim *Epistolas*, partim *Tractatus polemicos*, puta contra *Helvidium*, *Jovinianum* &c. quae omnia *T. I.* et *II.* *Vallarsii* continentur

praeter subposita tria *Fidei Symbola*, quae ille in *T. XI.* rejecit. Atque ab uno horum *Pars* praesens ita inchoat: *Diffinico Fidei Symboli Nyceni Concilii Translata Per Beatum Hieronimum.* Apud *Vallars.* T. XI. cit. col. 149. *Explanatio Fidei ad Cyrillum* audit, hoc initio: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem omnium visibilium et invisibilium Creatorem &c.* Variat et hic in commendationem *Codicis* nostri lectio, ut patet e sequenti specimine:

619

I C O D I C E S

620

Edit.

Cod.

et nostram salutem incarnatus.

et propter nostram salutem descendit de coelis et incarnatus.

quia vero natus est.

quia vere natus est.

blasphemis irritum.

blasphemis ad irritum.

in subiectione cum dicitur haec ut —.

in subiectione, quam in patris sentire, Condecet enim hoc, ut —

Ad calcem demum hujus etiam Partis ita Cenfor: Finiui legendo et emendando. die prima Septembris. 1470. Emendare ad plenum non potui propter varia (discrepantia?) exemplaria. emendatior tamen est alijs similibus, quos viderim. Jo. De quo nomine, quod conjectem, non occurrit. Satis vero pro aevo suo praestitisse videtur, quisquis sub illo Jo. latere voluit.

## CCCVIII.

H. 27 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 322. 4. maj. nitidissime exaratus, titulis purpureis, et literis initiorum deauratis et picturatis speciosus inscribitur: Incipit Liber Quorundam (sic) Epistolarum Jeronimi. Ne vero meras expectes Epistolas; haec enim Series est: Epistola in edit. Vallarsii, quam sequor, T. I. 34. ad Marcellam, nobis prave inscripta ad Paulam. Tractatus Beati Jer. de Tribus Virtutibus, spurius T. XI. col. 87. Epistola ad Avigavim. 76. nobis truncata. Ad Paulinum 85. Ad Pammachium 48. Ad eund. et Oceanum 84. Prefatio Rufini in Libris Periarcho (πρωτὶ Ἀρχων) 80. Liber beati Hieronimi ad Pam-

machium et Marcellam. Sunt III. Libri Apologetici adversus Rufinum edit. Vallars. T. II. col. 457. Epistola ad eund. T. I. 81. Epistola beati Anastasii Urbis Romae Episcopi ad Johannem Episcopum Ierosolimorum super Nomine Rufinum (Ruffini). T. II. col. 577. Epistola Hier. ad Vitalem. T. I. 72. Ad Evangelium. 73. Ad Amandum 55. Ad Magnum Oratorem 70. De Reprehensione Tractatum Retici Galli (Rheticii Augustodun. Ep.) Est Epistola ad Marcellam 37. Ad eand. 28. Ad Rufinum 74. Epistola de Seraphim. Est ad Damasum 18. Ad Abigaium. Integra, quae supra truncata. Ad Desiderium 47. Ad Chromatium, Jovinum et Eusebium 7. Ad Theodosium et Ceteros Anachoretas 2. Ad Innocentium 1. Ad Chrysonam (Chryfogonum) Monachum 9. Ad Sabinianum 147. Ad Paulum Senem 10. Tractatus de diversis Generibus Leprarum. Spurius T. XI. col. 232. Ad Paulam 30. Ad Marcellinum et Anapsiam (Anapsychiam) 126. Ad Sebastianum. Scripta a Paulino et Therasio (Therasia?) extat T. V. edit. Maur. Opp. Hieronymi col. 218. Ad Lucium (Lucinium) Beticum 71. Ad Tirasum. Spuria T. XI. col.